Pascasius secundus tantum expulsus est, quod tres
pape facti fuerint et ab eo confusi et prostrati sunt
Et imperator eum tenuit in vinculis duobus mensibus eo quod
ejus patrem prohibuit sepeliri et quia eum nolebat consecrare
nisi reddidisset patrimonium ecclesiarum. Deinde pace
fol 44 formata coronatus est. Tunc temporis fuit comitissa Matelda
bellicosa que ecclesiam multum exaltavit.

Gelasius II cepit a D 1118 s a 1 d 6 imp Enrico Gelasius
II apud Capuam ob metum imperatoris consecratus est. Et
imperator intrusit Bracharum virum pessimum. Et Gelasius
decessit exulatus

Calixtus II cepit a D 1119 s. a. 5 m 10 d 28 imp. Enrico
Calixtus II filius comitis Bergis de nobili genere, et nobilior ~~...~~
bonitate Romam veniens intrusum scilicet Brundium cepit
et pro palafredo posuit eum transversus in camelo et pro
freno caudam tenuit et pro pilleo pilosam pellem et in
Cavensem monasterium detrusit ubi vitam finivit et tunc
imperator ad pacem rediit.

Honorius II cepit a D 1124 s a 6 m 1 d 28 imp Enrico
post Lothario qui imperavit a 12

Innocencius II cepit a D 1130 s a 13 m 6 d 8
imp Lothario post Corado qui imperavit a 13 antipapa
fol 45 Petro Petri Leonis. Innocencius secundus primo fugatus est
propter Petrum heresiarcham qui postea Romam adiit cum Lothario
rege Francorum et obtinuit et eundem coronavit cujus
auctoritate ecclesia Compostellana scilicet Jacobensis
metropolitana facta est loco civitatis Merech que
primo Bracarensi subjacebat pro qua Colimbria data est
Hic fortis, hic bellicosus fuit et multos subjugavit
et clericis privellegium dedit: Quod quisquis eos
percusserit Romam veniat absolvendus propria persona
lesis de injuriis satisfacto: ~~...~~ 17 questione 4 Si quis suadente

Celestinus II natione Tuscus cepit a D 1143 s. a. 1 d 14
imp. Corado. Celestinus II manu armata capitolium ascendit

p heißt in dieser Hs. per
p heißt pro